



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Quare Iacobus sit frater d[omi]ni dictus. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

**N**Am licet Petrus, & Iacobus, & Iohannes omni-  
bus pene post ascensionē domini fuerint pre-  
lati, tamen non sibi vendicant gloriam, sed Ia-  
cobū qui dicebatur Iustus, episcopum statuunt. Huic  
quippe Iacobo & Petro & Iohanni dñs post resurre-  
ctionem oēm scientiam tradidit, & ipsi cæteris apo-  
stolis, qui apostoli ipsis lxxij. tradiderunt. Duos autē  
Iacobos fuisse constat, vnum fratrem Iohannis, alte-  
rum hūc Iustum fratrem domini, qui frater domini  
dictus est, pro eo quod esset filius Ioseph, qui Christi  
quasi pater habebatur.

HAYMO DE EADEM MA-  
teria secundum quod reperit in  
sententijs patrum.

Caput .III.

**S**Ciunt etiam qui diligenter explorauerunt, quia  
frater domini sit dictus, tanquam cognatus sit.  
Hic enim mos Hebræorum, cognatos vel ppin-  
quos fratres dicere vel appellare. frater igitur domini  
sic dictus est, q̄a de Maria sorore matris dñi, & patre  
Alphæo genitus est. Vñ Iacobus Alphæi appellat̄. Sed  
quoniam nunc se ingessit occasio, de duobus Iacobis  
omnem q̄stionem rescindamus, & altius generis eo-  
rum repetamus originē. Maria mater dñi, & Maria  
mater Iacobi, fratris domini, & Maria Iacobi fratris  
Iohannis euangelistæ sorores fuerunt de diuersis pa-  
tribus genitæ, sed de eadem matre, scilicet Anna.  
Quæ Anna primo nupsit Ioachim, & de eo genuit

## HAYMO DE CHRISTIA.

Mariam matrem domini. Mortuo Ioachim, nupsit Cleophg, & de eo habuit alterā Mariam quæ dicitur in Euangelijs Maria Cleophæ. Porro Cleophas habebat fratrem Ioseph, cui filiam suam beatam Mariam desponsauit. Suam vero filiam dedit Alpheo, de qua natus est Iacobus minor, qui & Iustus dicitur frater domini & Ioseph alius. Mortuo itaq; Cleopha, Anna tertio marito nupsit, scilicet Salome, & habuit de eo tertiam Mariam, de qua desponsata Zebedæo nati sunt Iacobus maior, & Ioannes euangelista. Sed iam ad historica narrationis ordinem reuertamur.

### De TATTHEO MISSE AD

Edissam. Cap. IIII.

**S**ub hoc itaq; tempore Tattheus à domino mittitur ad Abgarum regem Edissenorum, qui eum ab egritudine curat, ciuitatē absoluit ab errore.

HAYMO.

**H**uius rei prolixiorē in aliquo scripto reperi historiam, sed nescio, si apocrypha est, deus scit. Quæ quia de fidei pietate descendit, necessarium duxi eam huic operi inserere. Dicitur enim, quia de saluatore nostro adhuc in carne degente, cū de miraculis eius felix ubiq; fama loqueretur, misit ad eum Abgarus rex Edissenorum epistolam, in qua magnis precibus rogabat eum, vt veniret ad se & curaret eū à lepra. Dicit etiā quod ex multis annis cupierit eum videre, & ideo monet vt veniat ad se, & se expediat de odio Iudæorum & habitet secum, quia habet ciuitatem quæ sufficere potest vtriusq;. Dominus autem rescribit ad eum propria manu epistolam, in